Universis pateat quod Nos frater Romeus de Corbaria dei gratia humilis Magister domus Milicie beate Marie de Montesia ac sancti Georgii attendentes fidem puram et legalitatem ac sinceram devocionem quam vos dilecti
et fideles nostri jurati probi homines et universitas loci nostri de Vilafamez erga nos et predecessores nostros bone memorie attenus habuistis et speramus inposterum vos habere attendentes insuper qualiter inter alios fideles vassallos et subditos
nostros ac dicte Milicie vos et predecessores vestri predecessoribus nostris et nobis devote ac fideliter fuistis Ideo ad humilem supplicacionem vestram tenore huius presentis publici instrumenti perpetuo valituri et duraturi non revocaturi scienter
et consulte laudamus approbamus ratificamus concedimus et in omnibus et per omnia confirmamus vobis dilectis et fidelibus nostris Petro Galia justicie ... et Petro Robert juratis anni presentis et ... Ribes sindico et
procuratori loci de Vilafamez cum instrumento sindicatus et procuracionis recepto per Bernardum Sala notarium publicum decima nona mensis Octobris Anno a nativitate domini Millesimo Quadringentesimo decimo in dicto loco de Vilafamez habenti potestatem
tem subscripta petendi et acceptandi nominibus eorum propriis et dicte universitatis et tanquam sindico et procuratori ab universitate predicta nomine constituti presentibus et recipientibus etiam nominibus vestris propriis et aliorum proborum hominum et universitatis
predicti loci eiusque termini Et eisdem etiam probis hominibus et universitati et omnibus in dicto loco et termino habitantibus et habitaturis imperpetuum et vobis notario infrascripto ut publice persone stipulanti et recipienti nomine et loco dicte universitatis et
eius singularium et omnium illorum quorum interest vel intererit omnes foros valencie bonas consuetudines atque usus et privilegia franquitates concessa et concessas ... valencie in curiis generalibus civitatis et regni valencie celebratis per excellentis
simos dominos Reges Aragonum recolende memorie et per illustrissimum dominum Martinum Regem Aragonum nunc feliciter regnantem Et instrumentum populacionis dicti loci et ... in ... ea ... vos et vestri predecessores possedistis
et possederunt et nunc possidetis et prout vos et vestri predecessores eisdem usi fuistis et usi fuerunt et nunc utimini et prout per nostros predecessores vobis et vestris confirmata fuerunt/ Et quecumque alia instrumenta donacionum concessionum vendicionum stabili
mentorum confirmacionum graciarum franquitatum libertatum et immunitatum per honorabiles et religiosos viros dominos Castellanos Emposte quondam ordinis hospitalis sancti Johannis Jherusalem vel eorum locatenentes vel per Comendatores Castri nostri dum
loci vel eorum locatenentes dum ordo ipse locum predictum de Vilafamez tenebat ad manus suas probis hominibus et universitati dicti loci indultarum datarum et concessarum laudamus ... et approbamus concedimus confirmamus et in omnibus et per omnia ratificamus vobis
dictis juratis probis hominibus sindicis et procuratoribus ac universitati eiusque singularibus presentibus et futuris et vobis notario infrascripto ut publice persone legitime stipulanti et recipienti nomine et loco dicte universitatis et eius singularium et omnium illorum quorum
interest vel intererit omnia et singula privilegia libertates franquitates gracias et concessiones tam per reverendos et religiosos dominos fratrem Arnaldum de Soler fratrem Petrum de Thous fratrem Albertum de Thous et fratrem Berengarium March bone memorie
Magistros dicte Milicie quam per alios quoscumque dicti loci ... publice vobis et predecessoribus vestris attenus indultas et indulta concessas et concessa generaliter vel specialiter ... Has autem laudaciones approbaciones ratificaciones concessiones et confirmaciones
nos vero huiusmodi facimus per nos et nostros successores vobis et vestris successoribus perpetuo et vobis notario infrascripto ut publice persone nomine et loco dicte universitatis et omnium illorum quorum interest vel intererit stipulanti et recipienti sicut melius plenius sanius ac
utilius potest dici scribi et intelligi ad comodum et utilitatem vestri et vestrorum volentes et concedentes vobis et vestris perpetuo quod foris predictis valencie populacione donacionibus confirmacionibus privilegiis libertatibus immunitatibus usibus et aliis omnibus et singulis supra
dictis utamini utique perpetuo valeant pacifice et quiete absque aliquo impedimento et contradiccione nostri et successorum nostrorum et alterius cuiusvis persone prout vos et vestri predecessores usi extitistis et concessum ipsaque privilegia libertates franquitates et omnia
alia supradicta et singula valeant et roboris firmitatem obtineant ac si ea omnia de verbo ad verbum in presenti instrumento inserta fuissent seu etiam declarata Promittentes bona fide vobis et vestris et sine aliquo alio malo ingenio et fraude
quod ad revocandum vel infringendum diminuendum vel ledendum predicta vel aliquod de premissis non veniemus ullo unquam tempore nec aliquem seu aliquos contravenire faciemus consentiemus permittemus sive sinemus palam vel occulte aliqua racione
Immo predicta omnia et singula per nos et successores nostros tenebimus firmiter perpetuo et observabimus ac teneri et observari inviolabiliter faciemus prout melius et plenius superius expressantur Mandantes huiusmodi serie firmiter et expresse Comendatori dicti
loci de Vilafamez et universis aliis Comendatoribus et fratribus ac officialibus Milicie supradicte ac dicte tam presentibus quam futuris quatenus confirmaciones laudaciones approbaciones concessiones et ratificaciones nostras huiusmodi vobis et vestris
successoribus tam presentibus quam futuris teneant firmiter et observent et ab omnibus teneri faciant perpetuo et inviolabiliter observari et non contraveniant nec aliquem contravenire permittant palam vel occulte modo aliquo Et ut predicta maiori
gaudeant firmitate Juramus per dominum deum et eius sancta quatuor evangelia manibus nostris corporaliter tacta vobis dictis justicie juratis probis hominibus et universitati ac eius singularibus presentibus et futuris tenere et observare omnes
foros et privilegia generalia regni valencie bonasque consuetudines atque usus et ab aliis perpetuo teneri et observari facere In cuius rei testimonium presentem vobis fieri et sigillo nostro pendenti jussimus communiri Quod est actum in Villa
Castilionis planicie Burriane nona mensis Novembris Anno a nativitate domini Millesimo Quadringentesimo decimo Signum nostri fratris Romei de Corbaria ... Magistri ... qui hec ... laudamus confirmamus
atque juramus Presentibus honorabilibus Jacobo Marchi et Geraldo de Gualba militibus Civitatis Barchinone habitatoribus et discreto Egidio de Ruviba notario vicino ville Sancti Mathei ad hec pro testibus vocatis pariter et rogatis
Deinceps die vicesima sexta mensis decembris Anno a nativitate domini Millesimo Quadringentesimo undecimo prefato Reverendo domino fratre Romeo de Corbaria Magistro predicto et venerabilibus ac religiosis fratre Berengario Domenge Comendatore
maiore Montesie ac Panistole fratre Guillelmo Balistarii fratre Guillelmo de Vilafrancha comendatore de Coves fratre Raymundo de Ribes comendatore de Culla fratre Matheo de Casadamor priore Cervarie fratre Gastone Coloma co
mendatore de Xivert fratre Johanne Minyor ... comendatoris de Coves ... fratre Johanne Dezpor priore sancti domini Mathei fratre Thoma Vives Comendatore de Onda fratre Angnaci Dezpeio subclavario presente et ut procuratore honora
bilis fratris Anthonii de Tholosana clavigeri Montesie fratre Manuele Roic de Corella comendatore Burriane fratre Manuele de Vilarasa fratre Johanne Dezpeio fratre Alberto de Vilafrancha fratribus predicte domus de Montesia ac sancti
Georgii commorantibus et congregatis in villa sancti Mathei in hospicio quod antedictus ordo de Montesia habet et possidet in ravallo eiusdem ville in quadam camera vocata de paraments eiusdem hospicii et ibi existentes pro expediendis negociis
supra et infrascriptis et aliis lectis coram eis de verbo ad verbum omnibus predictis et in predicto instrumento declaratis et specificatis et tota serie ipsius instrumenti per ipsos plenarie intellecta predictum instrumentum necnon omnia alia et singula supradicta a
prima linea usque ad ultimam sponte scienter consulte ac deliberate laudarunt ratificarunt approbarunt concesserunt et firmarunt ac suum assensum et voluntatem in omnibus et per omnia prestiterunt prout iam per dictum dominum Magistrum fuerunt
concessa et firmata eaque promiserunt tenere et observare attendere et complere et non contravenire de jure vel de facto aliqua racione prout superius lacius est narratum Necnon signa eorum incontinenti in signum firme per contrahentes poni assueta
scribi et apponi mandarunt in modum sequentem Signum Reverendissimi domini fratris Romei de Corbaria dei gratia Magistri predicti qui predicta omnia ratificavit approbavit et confirmavit Signum fratris Berengarii Domenge comendatoris
maioris Montesie et Panistole Signum fratris Guillelmi Balistarii Signum fratris Guillelmi de Vilafrancha comendatoris de Coves Signum fratris Raymundi de Ribes comendatoris de Culla Signum fratris Mathei de Casadamor
prioris Cervarie Signum fratris Gastonis Coloma comendatoris de Xivert Signum fratris Johannis Minyor Signum fratris Johannis Dezpor prioris sancti domini Mathei Signum fratris Thome Vives Comendatoris de Onda Signum fratris
Angnachi Dezpeio subclavarii Signum fratris Manuelis Roic de Corella comendatoris Burriane Signum fratris Manuelis de Vilarasa Signum fratris Angnachi Dezpeio procuratoris honorabilis fratris Anthonii de Tholosana clavigeri Montesie
Signum fratris Johannis Dezpeio Signum fratris Alberti de Vilafrancha predictorum simul cum dicto domino Magistro existencium Qui predicta omnia et singula laudarunt approbarunt ratificarunt concesserunt et confirmarunt Presentibus
ad has firmas pro testibus vocatis et rogatis venerabilibus ac discretis Berengario Moragues Laurencio Berdu et Guillelmo Castellnou notariis dicte ville Sancti Mathei vicinis.

Signum Antonii Lopiz notarii publici auctoritate regia Reverendi domini Magistri scribe qui premissa per discretum Antonium Sanoll notarium publicum auctoritate regia vicinum ville Sancti Mathei recepta loco sui Antonii Lopiz a libris ac registris curie prefati
domini Magistri instrumentum in publica forma redacta abstraxit et cum eisdem fideliter examinavit et presens scribi fecit Et de ipsius domini Magistri mandato suum sigillum impendenti apposuit Et clausit expeditumque
die prima mensis septembris Anno a nativitate domini Mº CCCCº xxiiij.